

1180^a d. m. | Q. Petro|ni Meli|oris | cos. m. v.¹

Florentiae rep. sarcophagus, nunc Parisiis (XI 4593 vidit Henzen). — 1) *Consularis memoriae viro.*

1181 L. Ti. Claud. | Aurel. Quir. | Quintiano¹ | triumviro mo|netali
a. a. a. f. f., | quaestori can|did., praet., cos., | pontif., | Ti. Cl. Felix IIvir |
amico incompar. | L. d. d. d.

Prope Capuam (X 3350 vidit Mommsen). — 1) *Consul ordinarius fuit a. 235 (cf. supra N. 466 not. 14).*

1182 C. Caesonio C. f. Quir. Macro Rufiniano | consulari, sodali
Augustali, comiti imp. | Severi Alexandri Aug., cur. r. p. Lanivinar. II, |
procos. prov. Africae, cur. aquar. et Minic., | leg. Aug. pr. pr. German.
superioris, cur. alvei | Tiberis, cur. r. p. Teanens., leg. Aug. pr. pr. prov. |
Lusitan., cur. r. p. Tarracinens., procos. prov. | Achaiae, leg. leg. VII
Claud., cur. r. p. Asculan., | leg. prov. Asiae, pr., leg. prov. Baetic., trib.
pl., | quaestori prov. Narbon., trib. leg. I Adiutric., | donato donis militarib.
a divo Marco, | IIIvir. capitali, | patri dulcissimo et incomparabili, | Caesonius
Lucillus¹ filius | consularis.

1183 Maniliae Lucillae c. f., | matri piissimae et | incomparabili |
Caesonius Lucillus¹ | v. c. filius.

*In agro Tiburtino rep. (XIV 3900. 5904 saepius descriptae saec. XVI, illius
particulam vidi ipse).* — 1) *Cf. N. 4486.*

1184 [qui dedit A]eneadum fastis ex ordine consul¹

[nomi]na, progenies Claudius Appiadum,

[al]ta Sabinillae dat dulci moenia natae

. . . . anus² genitor de rude coepta solo³,

[e quibus an]nósó mea Claudia lucis in aevo

[despiciat]t lepidam pulchra anus in subolem.

Neapoli (X 4688 vidit Mommsen). Supplevit Buecheler. — 1) *Inter consules
ordinarios Claudios nomine Appii distinctus invenitur solus Ap. Claudius Iulianus
cos. a. 224; ad eum carmen hoc rettulit Borghesius opp. 8, 529 supplens v. 4
[Iul]ianus, quod tamen propter metrum ferri posse negat Buechelerus (proposuit
[germa]nus). Fortasse progenies Appiadum dici potuit quivis nobilis Claudius, propter
parentelam sive veram sive creditam cum Appiis Claudiis.* — 2) *Lapis admittit
etiam . . . mnus.* — 3) *Apparet non in sepulcro titulum stetisse, sed in domo
quam pater filiae aedificavit fortasse nubenti (Mo.).*

1185 T. Clodio M. f. . . . | Pupieno Pulchro M[aximo]¹ | c. v., cos.,
cur. aed. sacr. et² oper. p[ublic.], | cur. r. p. Benevent., electo iud. sacro
ad [census] | accept. per prov. Velgicam, cur. r. p. Leptim. | et Tripolitanor.,
vice oper. publ., procos. | prov. Macedoniae, cur. r. p. Catinensium, | pr.
urb., q. k., XVviro s. f., triumviro monetali, | patrono municipii, s. p. q. T.

Tibure (XIV 3593 vidi ipse). — 1) *Fortasse filius M. Clodii Pupieni Maximi,
qui imperavit a. 238, praeterea ignotus (Borghesi opp. 8 p. 456 seq.), quem ad hos
honores ante imperium patris pervenisse statuendum erit.* — 2) *sacre. t lapis.*